excelsa Picrania

Quassia excelsa floribus hermaphroditis pentandris paniculatis; foliis impari pinnatis: foliolis oppositis, petiolatis, petiolo nudo Sw. prodr. pag. 67.

Habitat in Montserrat Dr Ryan in Insula St Croix Dr v. Rohr.

Arbor excelsa. Rami teretes, glabri, cortice cinereo subsquamente, puncta

Folia versus apices ramorum, alterna, pedalia et ultra, pinnata cum impari, 3 vel 5 juga. Foliola petiolata, opposita 3–5 pollicaria, interiora minora, elliptico-lanceolata, integerrima, acuminata, acuta vel obtusiora, utrinque glabra, venosa, supra nitidiuscula.

Petiolus teres, purpurascens, glaber, partiales unguiculares.

Panicula terminalis ad apices ramorum, dichotoma, ramis divaricatis. Pedunculus communis uti partiales compressi, ferrugineo pulverulenti

Nectarium nullum ex observatione Dr. Ryan ideoque quassia species esse nequit, nomen ~~Solandri est~~ quod genus in collectione Banksii

retinui. Lignum hujus loco vero Quassiæ in plurimis pharmacopoeis prostat, hinc non mirum quod usu exoleverit.

Aqua Ulmariana

86